




16



11. Mar

794² gm



A
A
A
A
A
A
A
C
C
C
C
C
C
C
C
C
H
D
T
Y
H
H
H



13

M E D I C A T I O
 V I R I
 P H R E N I T I C I :

Q U A M

Divino adjuvante Numine,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
 ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè examinandam proponit

JOHANNES PELT Gorcomio-Batav.

Ad diem 8. Julii, hora 9. matutina.



Naturâ & Industriâ.

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ IOHANNIS à NOORTDYCK,

ANNO M. DC. XLVI.



Pietate ac eruditione clarissimis viris

D. RUTGERO WELSINKIO,

} Illi Cognato.

D. IOANNI OVWENIO,

} Huic de studiis meis optime merito

Ecclesiae Remonstranticae promotoribus ac Pastoribus indefessis.

NEC NON

Spectatissimo Viro-Iuveni

D. HUGONI SWIEPIO I. V. D.
peritissimo, amico meo quam plurimum
colendo.

In debitæ observantiæ signum

Hanc exercitationem Medicam

Offero & Dedico

IOANNES PELT.

M E D I C A T I O
 V I R I
 P H R E N I T I C I :

I.

Vir triginta quinque annorum, crassus, obesus, sanguineus, postquam per continuas aliquot dies & noctes vino & cerevisia generosiore sese implevisset, in somnio aliquamdiu fatigatus est, &, siquando in somnum incidisset, molestis & horrendis somniis fuit turbatus. Tandem post aliquot dies cœpit vociferari, torvum tueri, absurda loqui. Iam, nisi à robustissimis viris vel vinculis in lecto retineatur, ex eo nudus exsilit, & quemvis obvium ferociter aggreditur. Subinde flocos & festucas in stragulis quærit. Oculos habet rubentes, & levis squallidos. Plus solito & indecense loquitur. Perpetuò vigilat. Oculi ipsi nonnunquam lacrimantur. Os ipsi est aridum. Valde sitit. Pulsus perpetuo est magnus, celer, creber, & inæqualis. Urina pallida.

II.

Afficitur in hoc ægro cerebrum, quod ex vigilia & delirio est manifestum. Afficitur etiam totum corpus, ut constat ex ebriosa intemperantia, quæ præcessit, nec non ex febre præsentē.

III.

*Morb*us, qui eum affligit, est peculiaris quædam intemperies biliosa & sanguinea cerebri & spirituum, ferox delirium, & febrim continuam producens: quæ à medicis *phrenitis* dicitur.

IV.

Causa procatartica morbi est intemperantia illa ebriosa per plures dies & noctes continuata, qua magna copia sanguineorum & biliosorum humorum in corpore egri genita, causam antecedentem

cedentem, ac insomnium & somnum turbatum, morbi hujus præ-
ludia, produxit. eaque in cerebrum & membranas ejus delata,
ibique in ventriculos exhalans, & in substantiam membrana-
rum & cerebri profusa, ac vehementius incalescens, morbi hu-
jus & symptomatum ejus continerem causam constituit.

V.

Materia enim biliosa & sanguinea in cerebrum & membra-
nas prosecta, ibique incalescens & putrescens, facit eorum in-
flammationem. Dum verò partem quandam in venas perpetuò
ex cerebro inflammato pellit, quæ deinde per eas ad cor defer-
tur, ibique vehementius incalescit, & ex eo per arterias in to-
tum corpus distribuitur, facit febrim pulsumque magnum, ce-
lerem, crebrum, &, propter inæquales sanguinis partes, inæ-
qualem. Ad oculos vero delata facit eos rubicundos, & è po-
ris vasorum, quæ sunt in oculis, egressa, ibique incrassata, tegit
extremas palpebras levis. Spiritus ex fervido illo sanguine
in ventriculos cerebri exhalantes, cum sint nimis copiosi, &
quasi ardentes, attollunt perpetuo cerebrum, nervosque sub-
jectos distendunt, atque ita perpetuas vigilias gignunt. Dum
vero illi vehementius in sensorium commune impingunt, fa-
ciunt suo peculiari impulsu (quia ita à natura comparati su-
mus) feroces de rebus objectis cogitationes. Atque hinc fit, ut
ejus perceptio & judicium ita depraventur, ut ille nihil nisi
de litibus, pugnis, vulneribus, vindicta cogitans, perpetuo de
iis rebus inepta & ferocia loquatur; & quemvis obvium inva-
deret, eumque læderet, nisi manibus ab adstantibus vel vinculis
injectis cohiberetur.

VI.

Et quia crassæ quædam particule spiritibus in cerebro mix-
tæ, & vehementius in ventriculis agitæ, in sensorium com-
mune ita impingunt, uti flocci ante oculos volantes in illud im-
pingere solent, idcirco videtur sibi noster æger, se floccos ante
oculos volitantes conspicere, eosque in lecti stragulis, dum eas
intuetur, manibus captat. Præ febris ardore, ælophagum & os
perpe-

perpetuò exsiccante, os ipsi perpetuo aret. & continua torque-
tur siti. Materia biliosa, quæ alias urinam tingere solebat, in
cerebrum delata, ibi, propter peculiarem cerebri ex hoc morbo
dispositionem, manet, atque ideo urina, sufficiente c. piâ bilis
destituta, pallet. & quia hæc intemperies cerebri, lacrimalium
caruncularum poros plus satis aperit, idcirco serum, quod cum
sanguine per arterias eo defertur, ibi ab eo separatum, per illas
carunculas ex oculis, lacrimarum specie, erumpit.

VII.

Morbus hic valde periculosus est ob perpetuas vigilias quæ
ægrum valde fatigant, & spiritus magis incendunt; ac præterea
quia princeps pars à bilioto sanguine laborat, & hoc delirium
non cum risu, sed feroce studio sit comitatum. Itaque generosif-
sima hic adhibenda medela.

VIII.

Quæ consistet in causæ antecedentis & continentis ablatio-
ne, & intemperiei per contraria correctione.

IX.

Primò itaque hic injiciatur clyster:

R. hordei mundati p. j.

fol. lactuce, violaria, malva, beta an. m. j.

sem. 4. frigidor. major. an. dragm. ij.

primor. acidor. vnc. j.

Coquantur in aq. comm. ad lib. j. in qua dissolve.

Cassie pro clysteribus, diapruni an. drag. vj.

salis dragm. j. misce. F. Clyster, mox injiciendus, &
quotidie, nisi aliud purgans exhibeatur, repetendus.

Fæcibus alvi per clysterem hunc vel suppositorium eductis,
aperiatur vena in cubito, vel, si hoc admittere eger nolit, in fron-
te, & sanguis large educatur: præsentissimum enim in hoc malo
remedium est sanguinis detractio. Atque ideo si venæ sectio
ab ægro non admittatur, fiat scarificatio profunda in cruribus
& dorso cum cucurbitulis. Venæsectio hic reiteranda quoque
erit.

Capiti adhibeatur hoc oxyrhodinum:

R. olei rosacei vnc. ij. s.

fucci lactuce, portulacæ, solani an. vnc. ij.

aceti rosac. vnc. j.

F. oxyrhodinum, cum linteis capiti tepidè adhibendum.

Sub noctem exhibeatur hic haustus hypnoticus:

R. syr. papav. errat. vnc. j.

laudani opiat: gr. iij.

aq. lactucæ vnc. s. misce.

Postridie exhibeatur hoc purgans.

R. spec. diaturbith cum rabarb. dragm. j.

scammonij gr. vj. aq. carduibenedicti vnc. iij.

misce F. Haustus mane propinandus.

Pedibus, ad diversionem materiæ morbificæ, adhibeantur columbæ vivæ dissectæ.

Interius usurpetur serum lactis & tenuis cerevisia pro potu, & talem subinde sumat julepum:

R. fol. lactuce, portulacæ, plantag. an m. j.

flor. nymphææ, violar. an. p. j.

Coq. ex aq. Hord. ad lib j. adde syr. violacei vnc. ij.

salis prunellæ dragm. iij. m. F. Julapium pro iij. dosibus.

Magnus cordis calor hoc epithemate temperetur:

R. aq. rosaceæ lib. s.

nymphææ, bugloss., violar., an. vnc. j. s.

santali rubr., & citrin. an. dragm. ij.

camphoræ gr. iij. aceti dragm. iij.

croci scrup. s. F. epithema, cum linteis intinctis eordi tepidè adhibendum, idem etiam testibus adhiberi poterit.

Ubi malum nonnihil mitescere incipit, capiti adhibeatur gallina viva dissecta, vel pulmo vervecis à mactatione calens.

Pro potu etiam utatur hoc infuso:

R. aq.



R. aq. fontis lib. ij.

fol. acetosæ, papaveris rhæados an. m. s.

flor. borrag. nymphæe, violariæ an. p. s.

Spirit. vitrioli dragm. j. santali rubr. limati scr. ij.

Stent in infuso per horas aliquot. frigide colentur
per chartam emporeticam, & adde sacchari q. s. ad
saporis gratiam.

Urina hic sæpe subsistit, atque ideo monendus æger, ut min-
gat, quod si hoc non sufficiat, fiat fomentatio supra pectinem,

R. fol. parietariæ, m. ij.

petroselini cum radice m. j.

sem. seselios, petroselini, apij an. dragm. ij.

fiat decoctio in s. q. aq. eorum. in Colatura

dissolve olei scorpionum vnc. ij. pro fotu pectini
cum linteis adhibendo,

Hujus decoct: residentia frigatur, in sartagine cum oleo scor-
pionum q. l. & post fotum applicetur pectini.

X.

In diætâ aër sit temperatus, mediocriter luminosus. absint
ab oculis picturæ. Cibus sit parcus ex lactuca, incubo piscibus
saxatilibus. Potus sit cerevisia tenuis. Quies hic conducit.
Somnus omni ratione conciliandus. excrementa alvi & vesicæ
bene respondeant. Affectus animi, quantum fieri potest, sint
blandi.

C O R O L L A R I A.

1. **N**on omnis intemperies ad quatuor qualitates primas reduci potest.
2. Inter animalia solus homo habet sensum percipivum.
3. Ex quolibet humore non oritur qualibet febris.
4. Phrenitis etiam citra cerebri aut meningū inflammationē oriri potest.
5. Datur humor melancholicus naturalis.
6. Pars quaedam chyli transcolatur per poros ventriculi, in venas gastricas & vas breve venosum, & ex hoc transi ad lienem.
7. Calidum innatum usque ad ultimum vitæ terminum non permanet.
8. Apoplexia non est morbus universalis.
9. Perceptio non bene distinguitur in organicam & inorganicam.
10. Non dantur qualitates per se occultæ?
11. Variolas & morbillos a sanguine menstruo materno originem ducere nulla ratione demonstrari potest.
12. Nullus morbus est substantia, vel formæ substantialis corruptela dicendus.

Præstantissimo Iuveni

D. IOHANNI PELTIO,

D E

P H R E N I T I D I

D I S P U T A N T I.

DUm tibi sint curæ, Phœbi sacra, PELTI,
A quo principium, fert Medicina suum.
Perge iter immensum, nobis præstantibus ausis
Demonstres, quidnam, dira Phrenitis agit.
Vincitur, aut victrix natura supermanet: inde
Vel mala dicetur, vel bona Phrenitides.
Et velut hæc quondam Medicis fuit unica cunctis
Materies laudis, sic erit illa tibi.

PEDRO ORMEA,


00 A 6396

ULB Halle 3
002 928 167



St





L A R I A.

non defertur nec ab iisdem attrahitur,
mesaraicas, & lacteas, ad Hepar,
ad Cor fertur.

pati, contra Galenum, sanguinis coctio-
nant.

transcolari in venas, dicere periculo-
ex arteriis per occultas & oculis mani-
um arteriis continuas.

moveri deest.

arteriis

de

ivare

men

on ad

lendi

forma

ivid

is.

ntre

stanti

lo &

en po

ese eff

ali sta

r rare

m per

riculo

a est a

ris po

s imp

per a

N

M E D I C A T I O

V I R I

P H R E N I T I C I :

Q U A M

Divino adjuvante Numine,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè examinandam proponit

JOHANNES PELT Gorcomio-Batavæ

Ad diem 8. Julii, horâ 9. matutina.



Naturâ & Industriâ.

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ IOHANNIS à NOORTDYCK,

ANNO M. DC. XLVI.

x-rite colorchecker CLASSIC

